UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Ioannes Meagh, & duo socij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Visual Library

E plauſtro, ſub furca ſtans, omnibus benedixit. Libertas illi offerebatur, ſi Pontificis conſilia improbaret; reſpondit: ſe ne mille quidem vitarum pretio à quocunque Eccleſię Catholicę articulo diſceſſurum. Suſpenſus, & poſtea ad carnificinam nudatus, repertus eſt nudâ carne accinctus cilicio, non ſinè ſuaui omnium admiratione. *Cilicium.*

P. Ioannes Meagh, & duo ſocij.

In Bohemia per iter ab hęreticis ruſticis trucidatus eſt. In odium Catholicę fidei patratum id eſſe, illud eſt argumento; quòd ijdem hæretici ruſtici alios qui vnà iter habebant, innoxios, imò benè ſperare iuſſos, dimiſerint. In diuino Sacrificio, & inter colloquendũ de diuinis, ardore ſingulari flagrabat. In *Hibernus. in Bohemia. 31. Maij. 1639. ætat. 39. Soc. 13.*

Exercitia. Hiberniam è Bohemia redi-
turus, Exercitia obibat S.P.
Ignatij; quo tempore oborta
illi eſt fiducia ſingularis, ſan-
guinis pro Catholica fide fũ-
dendi. Socij, qui cum eo tunc
cecidêre, fuêre Coadiutores
duo; alter *Vvẽceslaus Trnoska*,
de quo nihil accepi; alter

Martinus Ignatius Coad.

ibid. Hic magno martyrij deſi-
ætat. 63. derio flagrabat ſemper; imò
& ſpe: ad quam putatur diui-
Euchar. nitùs fuiſſe erectus. Diuino
Euchariſtiæ Sacramento pa-
ſtus, dulciſſimè lachrymaba-
B.V. tur. In colenda Virgine Bea-
tiſſima erat aſſiduus; eamque
amoris tenerioris flagran-
tiam ex ipſo Matris diuinæ
vultu aliquãdo ſpectato hau-
ſit, aut potiùs, ampliùs in-
flammauit. Creditur enim
aliquando illi Virgo Bea-

tiſ-